

anni 1692 pag: mihi 179.

$$f = a - \frac{a^2}{1.2.3} + \frac{a^3}{1.2.3.4.5} - \frac{a^4}{1.2.3.4.5.6.7} + \frac{a^5}{1.2.3.4.5.6.7.8.9}$$

Id est $a - \frac{1}{6} a^2 + \frac{1}{120} a^3 - \frac{1}{5040} a^4 + \dots$

ubi de multis rebus curiosis & notatu dignis agit, v.g. quomodo ex dato arcu inveniantur sinus et tangentes artificiales, seu logarithmi, non suppositis naturalibus, sed nullo calculi exemplo non tam arduum illustrat. Rogo te itaque vir clarissime velis mihi hujus generis calculum cum quadam illustratione et exemplis ad hanc rem accommodatis, communicare. Sempiternum autem (inquit celeberrimus Leibnizius) quantitas cujus potentia in serie infinita adhibetur, debet esse minor unitate, ut in progressu fiat quantumvis parva. Duxerunt secundum ejus precepta calculum incepti, ut ex inclusa schedula sub signo C apparebit, qua ut diligenter perlegas, et confideris, Tuamque deinde mihi opinionem significes, et quid impedimento sit, quo minus ex meo calculo desideratus ille sinus prodeat, rescribas rogo atque obsecro. Ex hoc enim dependet plura non injucunda et scitu maxime necessaria. Inveni etiam nuper in librum quendam Josephi Raphsonis, Angli, qui valde mihi placuit, et Analysis aequationum universalis inscribitur, in quo auctor inter cetera modum tradit nosum et curiosum, inveniendi sinum rectum dati cujuscumque arcus, sub 90:45, Radio = 1. atque sine arcu alicujus alterius. Hunc etiam Wallisius in Algebra sua explicat, cap: 95. pag: 369 et 397. Sed quoniam ego in resolvendis aequationibus algebraicis nondum satis exercitatus sum, rogo velis mihi illum quodam modo explicare, et propriis exemplis ostendere, quomodo signa que ibi reperiuntur, in numeros convenientes convertantur, et ad usum adhiberi possint, et unde originem trahant numeri, divisores, ac dividendi, quos in apposita schedula sub signo C videbis, unicuique enim tale exemplum, prospicere tra-

Datum, y
sum, ne
Kersecum
ardua ex
ribus &
triam hu
mibi vid
De Math
agit, ne
parit qu
Si de x
on dema
Hanc sus
nando re
momento
gebra m
Math ab
faciles
phis &
bus Geo
rogo res
ficialter
explicati
nauticis
et, De
mathema
Vale ab
D
2.3. Si in A
lappum Depre
non enim ta
in hac episto

Babam ex Fe